Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dicit illis. Amen dico uobis quia uos qui secuti estis me
in regeneratione cum sederit filius hominis inse
de maiestatis suae. sedebitis et uos super sedes xii. iu
dicantes xii tribus israel. Non dixit quia reliquistis omnia.
Hoc enim et socrates fecit philosophus et multi alii
diuitias contempserit. sed quia secuti estis me. quod propriae aplae
et. atque credentium. In regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis suae. Quando et mor
tuis de corruptione resurgent in corrupti
sedebitis et uos in solius iudicantium cum depinantes
duodecim de tribus israel. quia uobis credentibus illi cre
dere noluerunt. Et omnis qui reliquerit domum et
fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut ux
orem aut filios aut agros propter nomen meum cen
tuplum recipiet et uitam eternam possidebit. Multi
autem erunt primi nouissimi et nouissimi pri
mi. Locus iste cum illa sententia egrum inqua
saluator loquitur. Non ueni pacem mittere sed gla
dium. Veni enim separare hominem a patre suo et
matrem a filia et nurum a socru et inimici homi
nis domestici eius. Qui ob propter fidem christi et propedica
tionem euangelii omnes affectus contempserunt atque di
uitias et secli uoluptates. isti centuplum recipiunt.
et uitam eternam possidebunt. Ex occasione hui sen
tentiae quidam uitia ducunt mille annos post resur
rectionem. dicentes nobis tunc centuplum omnium
rerum quas dimisimus et uitam eternam et reddendam
non intellegentes quod si uncetur digna sit repro